

sibus ¹⁴⁹⁾ in compoto nostro satis tractavimus, ubi paschalem cyclum Dionysii explanavimus. Unde ^{a)} quod ibi pleniter dictum est, nec istic breviter comprehendi potest, suadeo, ut illic requiratur et fructuose inveniat ^{a)}. In decimo versu annos ab urbe condita et numerum olimpiadum et herarum ^{b)}, annos quoque ^{c)} Romanorum principum ^{d)} sed ^{e)} et annos Romanorum pontificum ^{e)}, quanto certius et ^{f)} probabilius ^{f)} potui usque ad nos assignavi ^{g)}, quibus et ^{h)} interdum admiscui quorundam transitus sanctorum, ad laudem et gloriam ipsorum. In quibus tamen assignationibus non intendi depingere cronicam, sed Domino tantummodo ⁱ⁾ per ^{k)} memorationem et debitam gratiarum actionem suam ^{k)} recognoscere id, quod nobis inmeritis primo ^{l)} per crucem ^{m)} et resurrectionem suam sola sui gratia dictante contulit, postremo quid timendum sit per pravorum notabiles et rememorandas exterminaciones nobis proposuit ^{m)}. Denique a passione Domini usque in ⁿ⁾ annum Domini MCXXXV., qui est X. regni ^{o)} Lotharii tercii ^{p)}, transierunt lunares ^{q)} cycli LIX et XV anni, cycli solares XL et XVI anni, cycli magni ^{r)} paschales duo et LXXII anni, cycli indictionum a nativitate Christi LXXVII et anni XIII. Ceterum ultra hunc annum adieci CCCCLX annos adhuc forte futuros ad completionem ^{s)} tercii magni cycli ^{t)} paschalis, in quibus successure posteritati statum futurorum temporum discere et assignare relinquo, suppliciter rogans omnes ista lecturos, ut mei peccatoris humilisque ^{u)} presbiteri Heimonis ^{u)}, qui hec qualiacumque non ^{v)} ad novitatis ostentationem, sed ad veritatis investigationem et iuniorum excitationem conlaboravi ^{v)}, dignentur apud Dominum Iesum Christum ^{w)} in bono reminisci.

Auf diese Zusammenfassung folgt die eigentliche Ostertafel, eingeleitet durch einen kurzen Schöpfungsbericht mit genauer Datierung:

Incipit ^{x)} liber VI., digerens annos ab initio seculi usque ad passionem Iesu Christi ^{x)}.

Incipit testamentum humane servitutis et miserie contractum per inobedientiam protoplastorum ^{y)} Ade et ^{z)} Eve ^{z)}.

^{a)}—^{a)} *fehlt* A. ^{b)} *folgt* sed et A. ^{c)} *fehlt* A. ^{d)} *imperatorum* A.
^{e)}—^{e)} *fehlt* A. ^{f)}—^{f)} *fehlt* A. ^{g)} *designavi* A. ^{h)} *etiam* A. ⁱ⁾ *tantum* A.
^{k)}—^{k)} *fehlt* A. ^{l)} *fehlt* A. ^{m)} *solam sui contulit gratiam statt crucem ...*
proposuit A. ⁿ⁾ *folgt* hunc A. ^{o)} *tercii* A. ^{p)} *imperatoris* A. ^{q)} *decem-*
novenales A. ^{r)} *fehlt* A. ^{s)} *completionem* T. ^{t)} *paschalis cycli statt*
cycli pasch. A. ^{u)}—^{u)} *fehlt* A. ^{v)} *elaboravi statt non ... conlaboravi* A.
^{w)} *fehlt* A. ^{x)}—^{x)} *fehlt* A. ^{y)} *protoplasti* A. ^{z)}—^{z)} *fehlt* A.